

DE CALCVLIS

nestus & pius: qui ibidem septuagennarius vitam finiuit, magnis doloribus confectus, nomen illi Iohannes, cognomen Oberndorffero fuit. Totos enim annos viginti dolore artuum miserè cruciatus fuit, reque impari, vnà cum ætate nimirum morboque augefciente: nec continuo, sed per interualla redeunte. Morbus, vt solet, pedes primùm, inde manus brachiaque, tandem humeros quoque & spinã dorsif occupauit, donec progressu temporis omnes corporis artus inuasit, quos si quando vna vice furèter perrepererat omnes, quod ætate prouecto sæpe eueniebat, in digitorum, pedum manuumque extremitates deuolutus desinebat, vbi dolor conquiescebat paululum. Tum enim pustulæ ijs locis surgebant, primum glaucæ, deinde maturato pure flauæ: quæ ruptæ aut acuictæ magis etiam dolabant ante afflicto, quàm vbi impunctæ relinquebantur. Sic igitur stantibus

tibus